



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Donatio Hubae in Holerbach & dotis sanct[a]e Crucis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

castro *Ernekk*, & in curtibus nostris *Osterhouen. Amingen & Podingen*, si non potest nobiscum amicabiliter concordare iuris sententiam postulabimus nos vtrinque. Item nullus de suis castellanis, seruis aut hominibus ipsum pignorabit, occasione alicuius debiti bonis nostris, sed si factum fuerit continuo sine dispendio faciet emendari. Curabit etiam bona fide quod nullus extraneus ipsum in bonis nostris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis dedit nobis fideiussores, viros discretos *Heinricum de Pholingen, Alberonem VVallerium Svikerum de Vorst, & Albertum de Fuert*: vt si prædicta fuerint in aliquo violata, ipsi infra sex septimanas id faciant emendari. Alioquin si non fuerit emendatum hi iidem fideiussores *Vilshouë* intrabunt inde non exituri, donec ducentos lib. *Ratispon.* nobis soluant, ipsam totius pœnam solut: quotiens infra duos annos præscriptos prædictorum aliquod fuerit violatum. Vt igitur hæc prædicta ipse *Al.* & fideiussores memorati nobis obseruant, dedimus eid. *Al.* gratiam nostram & suis & feodum quod à nobis ab antiquo & sine lite tenet, duxim⁹ conferendum. Si verò ipse vel fideiussores violauerint hanc concordiam, nobis omnem quæstionem quã ante compositionem habuimus contra ipsum habebim⁹ nobis saluam. In cuius rei testimonium præsens scriptum fieri fecimus, & nostro ac ipsius sigillo iussimus communiri. Hæc etiam omnia firmiter obseruanda dictus *Al.* & fideiussores data fide promiserunt se firmiter seruaturos. Acta sunt hæc ann. Dñi M. CC, LIX, XII. Kln. Ianuarij in Monasterio *Osterhouen.*

Donatio Hubæ in *Holerbach* & dotis
sanctæ *Crucis.*

NOS *Albertus de Hals*, tam præsentibus quàm futuris præsens scriptum insipientibus salutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam ritè & bene determinata in obliuionem veniunt, & si quandoquæ vel litigiosa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id eueniat in præsentem negotio, placuit ipsum litterarum apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Hinc est quod nos ad memoriam reducentes ecclesiam *Osterhouensem* iure aduocatiæ nobis attrincentem, tum per nos, tum per pia memoriæ præsentem nostrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus sæpius dampnificaram, tandem super hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dictæ Ecclesiæ cupientes facere satisfactionem, ob præfati dampni restaurationem & perpetuam à Domino mercedis remunerationem, consilio honestorum virorum habito viris religiosi in sepedita Ecclesia *Osterhouen.* Deo militantibus tradidimus prædia nostra sita in *Holerbach*, & Ecclesiam nostram in *Mulheim* vtraque super principale S. *Margaretæ* virginis altare solemniter delegantes, ratum habentes vt si nos contigerit in posterum vel uxorem nostram in posterum residere ibidem tantummodo à Sacerdote qui fuerit de consortio fratrum eandem Ecclesiam in officinari. Vt autè talis collatio perpetuam habeat firmitatem, præsentem paginam sigilli nostri munimine roboratam prædictis fratribus assignauimus: Huius rei testibus existentibus & subnotatis Domino *Chunr. de Horbach, Alberone dicto Waller. Hartlibo & Almanno de Winzer, Heimr. Allenbouer, Ottone Rege, Alberto de Fuert, Ruperto de Perndorf, Chunrado & Leupoldo* fratribus de *Ekkharting, Ortolfo de Weng, Friderico de VValchsing, Ottone de Luterbach, Helmuvico de Fuert, Friderico Rabern, Ottone Tuschel, Eberhardo* fratre suo, *Heinrico de Gamhartstorff, Leutoldo de Hefte, Dietrico de VVilling, Bernharde de Perndorff, Tyrolfo coquinario, Alberto & Frid. de Ranuels* & aliis quam pluribus. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC, LIX, III. Kln. Decemb. Indictione tertia.

Dona-